

Que ei restituta fore præcipitur sub anathe matie pena.

Dat. die 7. Moſi ann. Domini 1096. Pontif. Urbani anno 12.

Ecclesiam de Titiaco, sancti Petri de Burgarias, sancte Mariæ de Troilo, Ecclesiam de Cogorno, de Gratacumba, sancti Lupi de Malaua, Ecclesiam cum curia, quæ dicitur Fals; Ecclesiam de Arduno, Ecclesiam sancti Sulpitii, sancti Mauricii: In Laſtorensi Episcopatu, in Parrochia Limana, Ecclesiam de Sarraciaco, de Flamingis, de Aliciano, de Orriols, Ecclesiam sancti Martini, sancti Quiriaci, sancti Hilarii, sancti Saturnini. Mansionis villam, Vestram igitur prudentiam literis presentibus exhortamur, atque præcipimus, ut supradictarum Ecclesiarum occupatores pro vestri officii debito commoneatis; & quæ Dei servus vel ipsi vel ipsorum parentes perpetram abstulerunt, restituere compellatis. Quod si vestris noluerint commotionibus obedire, noverint se beatorum Apostolorum indignationem, sicut ecclesiasticarum rerum perversores, in pervasione ipsa contumaciter permanentes habere, & excommunicatos esse. Data Tolosa Nonis Maii Indict. IV. anno Domini Incarnationis MXCVI. per manum Johannis S.R.E. Diaconi Cardinalis.

XXXV.

Urbanus PP. II. in Concilio Nemaufensi controversiam inter Conchenſes Monachos, & Figiacenses componit, & utrique Monasterio proprium Abbatem indulget.

Urbanus Servus Servorum Dei.

Ex Summaris loc. cit. num. xxxviii.

Series facti.

Gregorii VII. Decretum pro unione utriusque Monasterii.

Discordia und. profecta.

Quæstio in Nemaufensi Synodo agitata.

Sententia in ea lata.

CUM pro negotiis ecclesiasticis in partes Gallie venissemus, apud Arverniam largiente Domino plenariam Synodum convocavimus. Illiæ a Conchenſis Monasterii fratribus reverende memoriæ Gregorii Septimi Papæ literæ præsentatæ sunt, præcipientes. Figiacense Cœnobium Conchenſi Cœnobio uniuendum; & quia per idem tempus utriusque loci Abbates proprii præsidebant, alterutro defuncto, eum, qui superflus esset, utrique Monasterio præferendum. Conchenſis itaque Cœnobii Abbas, quia contra literarum ipsarum tenorem substitutus fuerat, in eodem Concilio depositus, & Figiacensis, qui supervixerat, utriusque loco prælatus est. Cœpit ergo inter utrumque Monasterium discordia tanta versari, ut & bona plurima distraherentur, & animarum salus detrimentis maximis pessundaretur. Præterea, cum ad aures Cluniacensis Abbatis huiusmodi constitutio pervenisſet, cœpit supradictas Gregorii Papæ literas tamquam subreptitias calumniari, & definitionem ejusdem negotii se præsentem aliter perpetratam testari, quandoquidem ab eodem Pontifice Figiacensis locus Conchenſi Monasterio per privilegium fuerit superpositus. Igitur cum largiente Domino, tertio per instantiam nostram apud Nemaufum Synodus convenisſet, cœpit ejusdem negotii quæstio graviter agitari. Post longum vero super hac re Episcoporum Abbatumque tractatum, placuit cum pro apostolici privilegii conservatione, tum pro communi Monasteriorum salute, ut utriusque loco, sicut ante fuerat, Abbas Cardinalis restitueretur; & tam Figiacenses Monachi quam Conchenſes sub proprii Abbatis cura deinceps &

provisione persisterent. Et nos igitur communitate Concilii decretum apostolicæ auctoritatis pondere confirmantes, definitionis hujus ordinem perpetuo permanſurum, nostri nominis literis annotari, & sigilli nostri præcipimus impressione firmari. Si quis autem hujusce definitionis tenorem temerario ausu fuerit conatus infringere, sciat se apostolicæ indignationis ultionem incurrere, & detrimentum sui ordinis vel officii invenire. Actum in Concilio apud Nemaufum in Ecclesia sancte Mariæ, septimo Idus Julii, anno Domini Incarnationis MXCVI. Indictione IV. anno vero Pontificatus Domni Urbani Papæ Secundi nono. Datum apud Vallem Flavianam, in Monasterio sancti Egidii Idus Julii.

XXXVI.

Confirmatio Bonorum Monasterii Rivipollensis, cui nonnulla immunitatis ac exemptionis privilegia conceduntur.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Bernardo Abbati venerabilis Monasterii sancte Mariæ, quod Rivipollense dicitur, in Comitatu Aufonensi inter duo flumina constitutum, ejusque successoribus regulariter substituentis, in perpetuum.

Ex Archiv. Monast. hujus editi Baluzius etc. specit. num. cccxv.

Exordium.

Bona ad Monast. speſanda confirmantur.

Enumeratio hujusmodi bonorum.

Apostolicæ Sedis auctoritate debitoque compellimur, pro universarum Ecclesiarum statu satagere, & earum quieti auxiliante Domino providere. Eapropter petitionibus tuis, fili in Christo carissime Bernarde, non immerito annuendum esse censuimus, ut Rivipollense Monasterium, cui Deo auctore præses, ad prædecessorum nostrorum Sergii & Agapiti exemplar Apostolicæ Sedis privilegio muniremus. Per præsentis igitur Decreti paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quæcumque hodie idem Cœnobium juste possidet, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium juste atque canonicè poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus nominibus adnotanda: Ecclesiam sancti Petri eidem Monasterio adjacentem cum cæteris ei subiectis Ecclesiis: In castro Cervarie Ecclesiam sancti Martini, cappellam sancti Nicolai, cellam sancti Petri cum Ecclesia castri de monte Palatii, cellam sancti Quintini, Monasterium sancte Mariæ quod dicitur Gualterii, sancti Andrea inter Pontonos, sancte Mariæ de Panizariis, sancte Mariæ de monte Serrato, Ecclesiam sancti Stephani de Grannollariis, sancti Stephani de Ripa cum alodiis Bernardi Vicecomitis, quæ Cœnobio delegavit: Mercati vero, quod penes idem Monasterium fieri consuevit, teloneum, & omnem justitiam tibi tuisque successoribus confirmamus. Castrum quoque Menslei cum terminis & pertinentiis suis, castrum de Torſa cum Ecclesiis & dominicaturis, & portibus maris, piscationibus, & omnibus sibi pertinentibus: Piscaciones aquarum de Tezer a Ripa mala usque ad Spatam, & de flumine Freverii a ponte Corba usque Tezer: Omnem etiam Dominicaturam, quam Bernardus Bisuldunensis beate Mariæ tradidit tam in Rivipol-

XXXVII.

Idem omnino Privilegium pro Monasterio Balneolensi.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Benedicto Abbati venerabilis Monasterii sancti Protomartyris Stephani, quod situm est in loco qui Balneolis dicitur, in Comitatu Bisuldunensi, ejusque successoribus regulariter substituentis, in perpetuum.

Edicti ex Cartulario Monast. hujus Baluzius loc. cit. cccxv.

Proemium.

Confirmatio bonorum ad Monasterium spectantium.

Quæ hic enumerantur.

Confirmatio quoque Privilegii un. or. niam.

Decretum immunitatis a quacunque molestia &c.

Molestiam ullam, aut vim illi inferre, omnino interdicitur.

Abbas per Monachos eligendus.

Monasterii omnimoda exemptio ab Ordinarii jurisdictione.

Sepulcrum ibidem statuere cuiusque liberum.

Missa publicas ibidem celebrare nec Episcop. possit sine Abbatis consensu. Penæ contra inobservantes.

Dat. die 16. Julii ann. Domini 1096. Pont. ann. 12.

pollensi valle, quam in aliis locis: Quicquid præterea possessionum, villarum, sive ecclesiarum, cum decimis, primitiis, vel oblationibus suis per antecessorum nostrorum privilegia in quibuslibet regionibus possidetis: Quicquid authenticis Pontificum scriptis, vel principum, vel quorumque fidelium juste & legaliter vel in presenti habetis, vel in futurum Domino largiente habituri estis, safeſato beate Mariæ Monasterio confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem Cœnobium temere perturbare, aut ejus subditos præter Abbatis & Fratrum voluntatem seculari judicio vel potestate constringere, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum substitutione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, vel violentia proponatur, nisi quom fratres communi assensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam elegerint. Christina, Oleum sanctum, consecrationes Altarium sive Basilicarum, ordinationes Clericorum ipsius loci vestri, seu Monachorum, qui ad sacros Ordines fuerint promovendi, a quocumque volueritis catholico accipietis Episcopo. Ad hæc adjicimus, ut Episcoporum quilibet claustrum ipsum, & illic Domino servientes, temerario ausu excommunicare, sed neque capellas, quæ circa ambitum Monasterii sitæ sunt, sine Romani Pontificis, vel Legati ejus audientia interdiceret vel excommunicare non debeat; neque cæteris ad vos pertinentibus locis sine certis causis præjudicium canonice ultionis inferre. Sepulcrum sane ejusdem loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum, qui illic sepeliri delibaverint devotioni, & æternæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obſtat. Missas quoque publicas præter Abbatis & Fratrum voluntatem in eodem Monasterio ab Episcopo celebrari vel stationes fieri prohibemus, ne forte in servorum Dei recessibus, popularibus occasio præbeatur ulla conventibus. Si qui igitur in crastinum Archiepiscopus aut Episcopus, Imperator aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vicecomes, Judex, aut ecclesiastica quælibet secularisve persona, hujus decreti paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertioque commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subjaceat. Cunctis autem eidem loco juxta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum in Monasterio sancti Egidii per manum Johannis sancte Romanæ Ecclesie Diaconi Cardinalis, XVII. Kal. Augusti, Indictione IV. Incarnationis Domini anno MXCVI. pontificatus autem Domni Urbani Secundi Nono.



Abbas Monachis eligendus:

Quibus liberum quoque sit altarium consecrationes, & Clericorum ordinationes a quocumque liberit Episcopo petere.

Idem ab Ordinario Episcopo excommunicari non possint, nisi consentiente Romano Pontifice;

Ab ejus enim jurisdictione sint omnino liberi.

Sepulturam in Monasterio Ecclesiis statuere cuiquam que sit liberum.

Poenam contra violatores Privilegii huius.

Dat. die 17. Julii ann. Domini 1096. Pont. ann. IX.

pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc ejusdem loci Abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, vel violentia prapronatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam elegerint. Crisma, Oleum sanctum, consecrationes Altarium sive Basilicarum, ordinationes Clericorum loci vestri, seu Monachorum, qui ad sacros fuerint Ordines promovendi, a quocumque volueritis catholico accipientis Episcopo, sicut a nonnullis predecessibus nostris Monasterio vestro est concessum, & a Comprovincialibus est Episcopis confirmatum. Ad hec adjicimus, ut Episcoporum quilibet claustrum ipsum, & illic Domino servientes, temerario ausu, aut sine Romani Pontificis vel Legati ejus audientia interdiceret, vel excommunicare non debeat, neque ceteris ad vos pertinentibus locis sine certis causis prajudicium canonice ultionis inferre. Missas vero publicas prater Abbatis & fratrum voluntatem in eodem Monasterio per Episcopum celebrari, aut stationes fieri, vel ad agendas causas populares conventus aggregari prohibemus, ne in Servorum Dei recessibus, popularibus occasio prabeatur ulla conventibus. Sepulturam quoque ejusdem loci omnino liberam esse sancimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni, & extreme voluntati, nisi excommunicati sint, nullus obstet. Si qua igitur in crastinum Ecclesiastica secularive persona, hujus decreti paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districta ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi; quatinus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.

Datum in Monasterio sancti Aegidii apud vallem Flavianam per manum Johannis sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis, XVI. Kal. Augusti, Indictione quarta, Incarnationis dominicae anno MXCVI. Pontificatus autem Domni Urbani Secundi Papae Noni.

XXXVIII.

Confirmatio honorum, & donationum omnium, factarum vel in posterum faciendarum Juviniacensi Monasterio, cui privilegia immunitatis ac Apostolicae Sedis protectionis conceduntur.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, dilectae Filiae Halburgi Abbatissae Monasterii Juviniacensis, & ceteris, quae post eam regulariter in ejusdem Monasterii regimine substituenda sunt.

Apostolicae Sedis auctoritate debitoque compellimur pro universarum Ecclesiarum statu satagere, & earum maxime, quae ejus Sedi specialius adherent, & tamquam proprio jure subjectae sunt, quieti auxiliante Domino providere. Quapropter filia in Christo charissima Galburgis, devotionis tuae precibus elementer annuimus, & beatae Scholasticae Virginis Monasterium, cui Domino auctore praesides, apud villam, quae Juviniacum dicitur, constitutum, sub Apostolicae Sedis protectionem specialiter confovendum praesentis decreti auctoritate suscipimus. Quod videlicet Monasterium egregiae memoriae Bonifacii Marchio & ejus uxor Beatrix cum insigni filia sua Domina Mathilde, Beato Petro & Episcopo Sanctae Romanae Ecclesiae obtulerunt. Per praesentis igitur privilegii paginam Apostolica auctoritate statuimus, ut quaevis bona a praedictis Principibus eidem Monasterio data, firma & illibata semper permaneant: ipsa videlicet Juviniacensis villa integra cum utriusque medietatibus suis, quarum alteram praefatus Marchio & ejus Coniux in vita sua, alteram post obitum eorum Comitissa Mathildis beatae Scholasticae tradidisse cognoscitur: Remonis villa cum pertinentiis suis, & redditibus: medietas villae Verinoli magni: Yreja cum duabus Ecclesiis: Bofonis villa cum appenditiis suis: Minus Virolinum totum: in villa Vismoli mansi duodecim: in Marcejo tres mansi cum Ecclesia: in Clymencejo terra cum quarta parte Ecclesiae: in Hastoi mansi quatuor, & tertia pars Ecclesiae cum molendino: in Betrui mansi duo cum Ecclesia: in Vellanes mansi duo & femis, sexta pars mansi Ecclesiae, & molendini, & piscationis: in Guakeringi mansi unus: apud Ase justa Masencejum terra: apud aliud Ase quarta pars mansi: apud Nemachium mansus; apud Ham mansus cum quarta parte Ecclesiae, & molendini. Confirmamus etiam vobis Ecclesiam de Surrejo cum alodio & municipiis, novem perticata vinearum lasura quadriginta, & septem diurnata bovum in Remoni villa, quae tua prudentia ab Arluino pretio comparuit. Quidquid praeterea idem beatae Scholasticae Monasterium juste possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium iuste ac canonice poterit adipisci, ratum vobis illibatumque servari sancimus. Decrevimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradicti Coenobii congregationem temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, aut ablata retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, earum, pro quarum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura

Exordium.

Monasterium sub Apostolicae Sedis protectione recipitur.

Eique bona omnia conservantur.

Decretum immunitatis a quocumque vi, vel molestia.

Et libertatis in Abbatissae electione:

Adhibito tam men Episcopi Diocesani consilio.

Advocatus ab Abbatissa eligendus:

Qui tamen, sicut & Abbatissa nihil a Monachis quomodolibet alienare possit.

Census annuus Sedi Apostolicae post. persolvendus.

Solita clausula.

Dat. die 19. Julii ann. Domini 1096. Pont. ann. IX.

futura: salva Trevirensis Ecclesiae canonice reverentia. Obeunte te, nunc ejus loci Abbatissa, vel earum quaecumque post te in ejusdem loci regimine successerint, nulla ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia prapronatur, sed quam sorores communi consensu, vel fororum pars consilii sanioris, secundum Deum, & beati Benedicti regulam providerint eligendam, adhibito etiam Diocesani Episcopi consilio, si catholicus religiosusque extiterit, ut jam omnino non liceat infra Abbatiam ipsam, aliquid violentiae vel pravae consuetudinis vindicare, aut gravaminis quicquam, quod Ancillarem Domini Dei quieti impediatur, irrogare. Advocatum quoque ejusdem loci non alium fore statuimus, nisi quem Monasterio utilem Abbatissa cum Religiosorum suarum voluntate poposcerit. Nec ipsi, aut Abbatissa, nec alicui loci ipsius minister facultas sit Ecclesiae bona vel in feudum personis secularibus dare, vel sub censum redigere, vel modis quibuslibet alienare. Nullum praeterea Clericum in Monasterio vestro ministrare permittimus, nisi de regulariorum Canonico numero, quos apud B. Montani Ecclesiam religionis vestrae sollicitudo constituit, quibus delegatum ex vestrarum facultatum portionibus victum ne qua in posterum persona subtrahere audeat, interdicens. Ad indicium autem perceptae a Romana Ecclesia libertatis, Viridunensis moneta sex argenteos quotannis Lateranensi Palatio persolvetur. Si qua igitur in crastinum ecclesiastica persona secularive, hujus decreti paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sanctissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districta ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi; quatinus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.

Datum in Monasterio S. Aegidii apud vallem Flavianam per manum Johannis S. Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis decimo quarto Kal. Augusti, Indictione quarta, Incarnationis Dominicae anno MXCVI. Pontificatus Domni Urbani Secundi PP. IX.

XXXIX.

Confirmata in Concilio Nemaufensi donatione Raymundi Comitis Tholosani, Monasterium S. Aegidii subditur S. R. Ecclesiae.

Ex Decret. Spicileg. T. vi.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei.

Exordium.

Sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desiderant non est differenda petitio. Comes nimirum Tholosanorum ac Ruthenensium, & Marchio Provinciae, Raimundus, potentatus sui partem

a Romana Ecclesia detinens, honores omnes ad B. Aegidium pertinentes, tam in valle Flaviana quam in extrinsecis, quicquid iuste sive injuste videbatur tenere, omnes rectas sive pravas consuetudines, quas ipsius Antecessores, aut ipse habuerant, ob honorem Dei, & B. Aegidii reverentiam dereliquit. Quam videlicet missionem apud Nemaufense Concilium, jurans in manu nostra, Odiloni Abbati & ejus Fratribus fecit, in Hierosolymitanam expeditionem iturus, seque & universos successores suos, si forte hoc donum irritum facere pertentarent, quod ad se erat, damnatione & maledictione multavit. Quid igitur, suggerente ipso & Monachis exorantibus, in totius Concilii conspectu firmavimus, necnon & per auctoritatis nostrae literas stabilimus. Si quis ergo Ecclesiastica, secularive persona hanc supradicti Comitis missionem, & nostram atque totius Concilii confirmationem evacuare, aut pervertere praesumpserit, usquequod satisfaciatur, excommunicationi anathematique subdatur, & honoris atque officii sui evacuatione pleatur.

Post haec divinae voluntatis dispositione actum est, ut apud B. Aegidii Monasterium Basilicae novae aram omnipotenti Deo nostris manibus dicarem. Sanximus igitur, & sancimus, & ad posterorum memoriam literis designamus, ne quis ulterius Archiepiscopus aut Episcopus adversus eandem Ecclesiam audeat excommunicationis, aut interdictionis proferre sententiam; quatinus idem Monasterium ex ipsius B. Aegidii traditione sanctae Romanae Ecclesiae juri proprio subditum, Romanae semper libertatis gratia fruatur. Si quis autem Decreti hujus tenore cognito obviam venire tentaverit, honoris & officii sui detrimentum patiat, atque a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districta ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus pax & misericordia a Deo & Patre nostro & Domino Jesu Christo praesentibus ac futuris saeculis conservetur. Amen. Amen. Amen.

Datum per manum Johannis S. R. E. Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii, apud Avenionem in Monasterio S. Andreae, XI. Kalendas Augusti Indictione IV. Incarnationis Dominicae MXCVI. Pontificatus autem Domni Urbani II. Papae IX.

XL.

Confirmatio libertatum omnium Cluniacensi Monasterio a Summis Pontificibus concessorum; quibus nonnulla alia privilegia exemptionis adjunguntur.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, venerabili fratri Hugoni Cluniacensi Abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

CUM omnium fidelium petitionibus & necessitatibus subvenire debeat apostolicae charitatis gratia, multo magis his est impertienda ejus beneficii clementia, quos singulariter filios se gaudet habere Romana Mater Eccle-

Donatio Raymundi Comitis qualis.

In concilio Nemaufensi confirmata.

Lato anathematice contra inobservantes.

Monasterium ab omni Episcopali iure exemptum.

Soli R. E. subditur.

Solita clausula.

Dat. die 22. Julii ann. Domini 1096. Pontif. ann. IX.

Ex Chartul. sancti Dionysii de Nogent. Rotrod. ed. dit. Martini. Marice. Biblioth. Cluniac. col. 520.

Exordium.